Decipitur propero qui vorat ore cibum.  
In scrobe tecta latet visco maculata papyrus,  
Cum palamedæam rustice fallis avem,  
Delitię volucrum medio jacet esca cucullo,  
Quam properans rostro dum malè captat avis  
Mox oculos lento premit illita carta veneno:  
Ridet, & in prædam læta caterva ruit.  
Fallitur, & totam fit fabula justa per urbem,  
Credulus ignoto si quis amore petit.

**S**elon mon jugement il vaut donc mieux celer,  
Que de me marier je nay aucune envie  
Et que ma chasteté ne me soit point ravie,  
C'est le meilleur moyen pour me bien consoler.

ANNA.

Mais vous avez pourtant la volonté portée,  
Aux appats cauteleux des hommes de ce temps  
Qui pour avoir la fleur de vie beau printemps,  
Scavent bien comme il faut que soiez emportée.  
Ainsi que les oyseaux sont pris par le cornet,  
Pensant prendre le grain qui est dedans le creux  
Mais on leur bouche bien ou l'on creve leur yeux.  
Quand l'oyseleur leur faist un englué bouet.  
Ainsi celuy qui est trompé en amourette,  
Est moqué d'un chacun & ne le pense pas  
Cela cause par fois la mort & le trespas,  
Estant ainsi deceue la jeune fillette,

(d)

ANNA

**S**I te fortè nepos aliquis, non dignus amari,  
 Ambiat, a castâ sit procul ille domo.  
 Nec veniat, quamvis mens est tibi ludere tantùm,  
 Sæpe vel in lusu capta puella perit.  
 Ingenij dum quidquid habet depromit amator,  
 Miscet & alterno mollia verba sono,  
 Amplexuque dato luctantia basia carpit,  
 Basia virgineis insidiosa choris,  
 Corda subit sensim non intellecta Dione,  
 Perque sinum tacitis passibus errat Amor.  
 Dum canit, inque vicem sua carmina fistula reddit,  
 Non expectatis cassibus hæret avis.

**S**I quelque balladin ou bien quelque muguet  
 Vient pour te visiter, chasse le de bonne heure  
 Et ne permetz jamais qu'en ta maison demeure,  
 Ou il te trompera & tu seras du guet.  
 Tu diras je ne veux jouer avecques luy,  
 Mais c'est pour eschaper quelque petit espace  
 Escoutant ses propos froide comme la glace.  
 Pour passer la tristesse & pour charmer lenuï.  
 Loysleur scait fort bien en jouant de sa fluste  
 Comme il faut attraper les petitz oisillons  
 A la chandelle aussy bruslent les papillons,  
 Car ceux que l'on surprend en ce point on affuste.

PHYL-

## PHYLLIS.

**C**Ur neget amplexus, & abhorreat oscula virgo?  
 Non pudor his, rosei non perit oris honos;  
 Basia virginis quis credat obesse labellis  
 Ingenuus tenero quæ tulit ore puer?  
 Libat Apis violas, & basia figit achanto,  
 Oraque plena favis in sua tecta refert;  
 Non tamen hinc violæ, non hinc marcescit achantus,  
 Utque fuit, roseus perstat utriusque color.  
 Virgo, notas juvenis quas presserat ore protervo,  
 Abuit; & facies, quæ fuit antè, redit.  
 Si licet opposito de lumine fumere lumen,  
 Invida cur juveni basia virgo neget?

**P**ourquoy refusera la fille debonaire  
 A un jeune garçon un baiser savoureux  
 Pourquoy ne jouvira d'un toucher amoureux,  
 Pour mieux l'entretenir & luy pouvoir complaire  
 La mouche a miel va bien savourer sur les fleurs  
 Le pur de son miel sans qu'elle soint gastés  
 Ny sans que leurs beautéz soient aultrement ostes  
 Nostant point leur odeur encor moins leurs couleurs.  
 Ainsy la vierge peut baiser fort librement  
 Ou se laisser baiser cela ne luy peut nuire  
 Cela peut seulement a aymer plus l'induire,  
 Mais on ne peche point pour tel atouchement.

(d) 2

ANNA.]

**B**asia nil teneris data posse nocere puellis,  
 Nil tactus cupidi blanditiasque proci,  
 Haud mihi quis vano persuadeat ore poeta;  
 Tactus, & ipsa latens basia virus habent.  
 Purpureos digitis, Hospes, ne tange racemos,  
 Tractari manibus non amat iste color.  
 Iste color, color esse recens, decor integer uvæ,  
 Intactę genium virginittatis habet.  
 Sint procul amplexus, procul oscula, dulce venenum,  
 Ah! faciunt longas pressa labella notas.  
 Utquę domum rediens faciem lavet vndique virgo,  
 Altior in tacito pectore menda latet.

**Q**ui me pourra jamais cela persuader,  
 Que d'un homme lascif le baiser qui trop presse  
 Ne demeure marqué sur sa jeune maistresse,  
 Qui pouroit sagement tel amant evader.  
 La marque luy demeure empreinte sur la ioue  
 Et quelque autre rougeur, que le teint naturel  
 Tout ce qui est forcé jamais ne semble tel,  
 Puis tel fait tout a bon lequel dit qui se ioue.  
 L'on sçait le plus souvent qu'au toucher le poison  
 Pour bien faire mourir quoy que point on y pense  
 Tel pense en un baiser trouver sa guarison,  
 Qui laisse dans son cœur la mort pour recompense.

ANNA.

## ANNA.

**N**on vitium tantum, sed quæ vitiosa videntur,  
 Hæc quoque, si sapias, hæc quoque, Virgo, fuge;  
 Nec fatis esse puta quod sis tibi conscia recti,  
 Tunc quoque cum mens est integra, fama perit.  
 Saucia nux aliquâ si parte putamina perdat,  
 Postea, quidquid agas, semper hiatus erit.  
 Si pereat miseris semel integra fama puellis,  
 Lædaturûe lacer virginitatis honos;  
 Tu licet inde velis famæ sarcire ruinam,  
 Non iterum veniet qui fuit ante decor.  
 Obducas licet vsque cutem, manet vsque cicatrix;  
 Vtque tegas, semper vulnera vulnus habent.

**L**e vice seulement vous ne debuez cherir  
 Mais ce qui semble aussi mal fait en apparence  
 Car combien que l'on ayt fort bonne conscience,  
 La renommée peut par faux raport perir.  
 Si la noix une fois perd sa coque premiere  
 On ne peut par apres du tout la reparer  
 Il demeure tousiours quelque faulte a parer.  
 Et n'est jointe a l'instant ny de mesme maniere  
 Ainsi si une fois les pucelles sans crainte  
 Laisent perdre le bruit de leur integrité  
 L'on doutera aussi de leur pudicité,  
 Quand bien elle viuroient tout ainsi qu'une sainte.

(d) 3

ANNA.

**E**Rgo verecundis sit cura, laborque puellis,  
 Turpia ne possit garrula fama loqui.  
 Hic ego, quos deceat scopulos vitare, docebo;  
 Tu mea non duro dicta reconde sinu.  
 Principiò tibi turpe puta dare munus amanti,  
 Sit procul a castâ virgine larga manus.  
 Is cui parua dabis, credet maiora daturam;  
 Pauca licet dones, cætera sumet amans.  
 Adde quod ostendens cuiuis tua munera, dicet,  
 Hæc dedit ardoris pignora ferre sui.  
 Ignis, vbi paulum pinguedinis eijcit olla,  
 Irruit, & totas depopulatur opes.

**V**ous filles qui avez l'honneur recommandable  
 Pour empêcher l'effort des langars venimeux  
 Et les vanteurs amantz qui ont l'esprit fumeux.  
 Fuyez l'occasion qui vous rend redoutable.  
 Pensez que de d'onner c'est chose mal seante  
 A celuy qui se rend amoureux de vos corps  
 Car si la fille donne on soupconne pour lors,  
 Qu'a garder chasteté elle est trop inconstante.  
 Dailleurs celuy qui prend de la main d'une fille  
 Croit que c'est la ferveur de l'amour qui l'espoint  
 Et quand la gresse sort de la pouelle en ce point,  
 Le feu dissipe tout & la pouelle se grille.

ANNA.

**N** Il dare sponte subit, magis accipiendo perimus ;  
 Noster avaritiæ crimina sexus habet :  
 Hinc fumus imbelles, quæque omnia tela repellat,  
 Protinus, accepto munere, victa jacet.  
 Argenti natat æs ferrumque per æquora Vivi,  
 Sola subit niveos aurea massa sinus.  
 Quo nequeat penetrare chalyps, admittitur aurum ;  
 Testis erit Danaës turris ahena mihi.  
 Cede chalyps, aurum de virginitate triumphat ;  
 Hei mihi vis fulvo quanta colore latet !  
 Fortè pudicitiam ferro dedit vna, sed auro  
 Innumeræ patulos exhibuère sinus.

**L** Es filles de leur gré ne donnent pas souvent,  
 Mais plutoſt en prenant elle perdent leur force  
 Les amantz ſcavent bien uſer de telle amorce,  
 Et les font treſbucher plus viſte que le vent.  
 Deſſus le viſ argent le feu nage & l'airain,  
 Ainſy l'or ſur le ſein des filles les plus blanches  
 Le demy ſeint d'argent leur bat deſſus les hanches,  
 Et ſe l'aiſſent tromper du jour au lendemain.  
 L'or donc peut triompher de la virginité  
 Le ſer a triomphé d'une ſeule Lucreſſe  
 Mais par l'or on a veu perir mainte maiſtreſſe  
 En livrant en public leur plus rare beauté.

ANNA.

ANNA



## ANNA.

**C**Vra sit ergo tibi, si sit tibi cura pudoris,  
 Adonis avidas abstinuisse manus.  
 Nonne vides? vt nudus Amor (sic pingitur aptè)  
 Nil præter pharetram, telaque pauca gerat:  
 Nil pretium quo condat habet. Deus odit amantes  
 Qui Veneris turpi munere, munus emunt.  
 Non adamas tanti est, non gemma, nec aurea torques,  
 Non tyriæ vestes, vilis vt esse velis.  
 Injectos admisit hians quia concha lapillos,  
 A cancro patulæ diripiuntur opes.  
 Muneris accepti mens conscia mollis amanti est,  
 Nullaque pro casto bella pudore gerit.

**A** Te soing si tu veulx conserver ton honneur  
 De ne prendre aucun don & de n'estre goulue  
 Ou autrement tu es en train d'estre pollue.  
 Par celuy qui sera ton plus libre donneur.  
 Vois tu pas que l'amour est peint tout nud de corps,  
 Et qu'il na vestement aucun sur sa charnure  
 Son arc & son carquois il a bien pour parure,  
 Mais il na point de sac pour mettre des tresors  
 L'huistre qui a la perle enclose en sa coquille  
 Se voit du cancre affreux promptement devorer,  
 L'honneur & les presens ne peuvent pas durer  
 Ensemble pour garder la pudeur d'une fille.

ANNA

## ANNA.

**P**arua videbuntur, quæ nunc dabo iussa, puellis;  
 Parua quidem fateor, sed tamen apta legi.  
 Fronde levi juvenes jactoque laceffere malo  
 Conveniens castis moribus esse nego.  
 Flore latebat Apis (res hîc ea digna relatu est)  
 Hanc videt, & tenero pollice virgo petit;  
 Nec mora, nec requies: tandem ferit illa puellam:  
 Huic tumet infestâ cuspide læsa cutis.  
 Virgineam quid crabo manum petis improbe? clamar,  
 Ludimus, & mens te lædere nulla fuit.  
 Dum pueros lusu lasciva puella laceffit,  
 Sæpe tumor vexat corpora, sæpe timor.

**C**E que je te diray semble fort peu de chose  
 C'est bien peu il est vrai mais propre a reconnoistre,  
 Qu'en se pensant jover sans aucun mal accroistre  
 A un vif moucheton caché dans une rose.  
 La fillette luy met son doigt a descouvert,  
 Il laisse l'esguillon la margue & la pointure  
 Et luy enfle le doigt luy faisant ouverture,  
 Si qu'elle ne peut pas dormir sur son liêt vert.  
 Ainsy quand en jouvant une fille lascive,  
 Attaque les garçons de rioteux propos  
 Les garçons trop subtilz corrompent leur repos.  
 Et leur rendent le ventre enflé comme une grive.

(c)

ANNA

**N**on ego laudârim Nafonis vbique libellos,  
 Ille vagos cupiat virginis esse pedes :  
 Ille nurus latias curvis errare theatris  
 Iuffit, & in medio crura mōvere foro.  
 Iudice me, castas mos dedecet iste puellas,  
 Iudice me, non est virginis istud opus :  
 Perfora turpis amor furit, & Venus; este, puellæ,  
 Este domi, vobis est facer iste locus.  
 Nec facile a spinis innoxia vellera seruat,  
 Per vepreta vago dum pede fertur ovis,  
 Nec facile ingenui retinet monumenta pudoris,  
 Sæpe dionæo juncta puella gregi.

**O**vide naura point de par moy de louvange  
 Qui veut que les pieds soient des vierges trop mouvans  
 Pour aller ça & la les cuisses remuans.  
 Aux mouvemens lascifs cela est trop estrange,  
 Selon mon jugement cela est mal seant  
 D'estre par les marchés par les places publiques  
 C'est ou l'amour lascif traficque ses pratiques.  
 Et ou l'on voit courir les filles de neant.  
 Chastes fault demeurer seurement en serrées,  
 En travaillant tousiours dedans vostre maison  
 Sans vous extravaguer en manquant de raison.  
 Comme par les buissons les brebis esgarées.

PHYL-

PHYLLIS.

**E**gône perpetuis damnata puella tenebris  
 Debeat æternùm delituisse domi?  
 Sit satis imperio duræ gemuisse magistræ,  
 Et ferulæ molles supposuisse manus:  
 Nunc animis vigor est, & nos jubet vrbe vagari  
 Mobilis, & toto qui volat orbe, puer.  
 Nec fera profuerit; Venus ostia pandit amanti,  
 Cum gemit ad claufas maesta puella fores.  
 Carceris impatiens vult libera colla Cupido,  
 Tu quoque colla pater libera liber amas.  
 Servando nova musta, perit servando puella:  
 Mitia regna mero, virginibusque placent.

**F***Audra donc demeurer dolente en la maison,  
 Et estre pour tousiours de tenebre obscurcie  
 Il faut donc que tousiours la fille se soucie.  
 De s'enfermer a part dedans quelque prison.  
 C'est assez endurer dessoubz une maistresse  
 Qui nous fait travailler avecques chastiment  
 Il faudroit donc n'avoir aucun resentiment,  
 Pour vivre malheureuse en si grande detresse.  
 Ainsi que le tonneau remply de vin nouveau,  
 Brise & jette les fonds de c'il qui le reserre  
 Ainsi libre je fors plus on me fait la guerre,  
 Et je romps les liens sorte comme un taureau.*

(c) 2

PHYE

**C**astaneas non antè nuces torrete, puellæ,  
 Quam pateat tenui vulnere fissa cutis:  
 Si qua fuit, solido quæ cortice sustinet ignem,  
 Diffilit, & rauco recta fragore quatit.  
 Torua verecundo quæ pectora claudit amori,  
 Quas Veneri pœnas, quas dabit illa sibi!  
 Æstuat, & calidam nequit exhalare iuventam,  
 Clauditur æternùm si qua puella domi:  
 Mox tamen erumpens laxis bacchatur habenis,  
 Plusque retenta diu flamma fragoris habet.  
 Vidi ego, quod licitis erat impenetrabile flammis,  
 Turpiter obscæno pectus amore rapi.

**S** vous faictes rotir les marons dans le feu  
 Sans leur fendre la peau tout a coup la rupture,  
 Rend un bruit esclatant qu'il semble (je vous jure.)  
 Que la maison se rompt & que ce n'est pas jeu.  
 La fille qui enferme avec tant de contrainte,  
 L'amour dedans son cœur quelle endure de mal,  
 Qui pourroit empescher un si brusque animal.  
 Car plus on la maistrise & moins elle a de crainte.  
 Ce que l'on leur permet elles ne le font pas,  
 Ce que l'on leur deffend plus elles le desirent  
 Aux plaisirs prohibez c'est ou plus elle aspirent,  
 Quand bien elles devroient endurer le trespas.

ANNA.

ANNA.

97  
**N**on mihi propositum est vinculis arcere puellas,  
 Sola vagos fuerat inhibere pedes.  
 PHYLLIS. At cui vis aurem dare me tua iussa vetabant

Anna, vir ergo mihi qualis habendus erit?  
 ANNA. Nube gravi, mea Phylli, viro cui mascula virtus  
 Mente dionæos expulit antè jocos;  
 Nube viro, cui dia Themis, cui ridet Apollo;  
 Ille tibi, vitæ per vada, pandet iter:  
 Nam si fortè rudi, rudis ipsa, jugère marito,  
 Qui thalami subeat munia, neuter erit.  
 Iunge dua, vtcunque voles, sine lumine tædas;  
 Semper erit piccâ nocte sepulta domus.

ANNA. **M**on intention n'est de contraindre les filles,  
 Avecques des liens, mais de n'aller courir  
 En differentz endroitz pour sottè discourir.  
 Comme celles qui sont oysives, inutiles.

PHYLLIS. Mais vous me deffendez de parler a aucun,  
 Qui sera le mary a qui pourray complaire  
 Anne conseille moy comment en telle affaire,  
 J'auray commodement mon plaisir oportun.

ANNA. Phyllis prend pour mary un sage personage,  
 Qui est comme un flambeau pour chacun esclairer,  
 Aultrement tu pouras trop de mal esperer.  
 Avec un mal appris, on passe mal son aage.

(c) 3

ANNA.

ANNA.

## PHYLLIS.

**T**Vnè sophum toruâque aliquem de stirpe Catonis  
 In tenerè cupias virginis ire sinus?  
 Tunè virum quem luce forum, quem nocte libelli  
 Sollicitant, thalamo posse vacare putas?  
 Dum volet ille sui defendere jura clientis,  
 Jura tori nullus, qui tueatur erit.  
 Ingenium Magnetis habet Toga, pondera rerum  
 Attrahit, & faciles nescit amore jocos.  
 Jura tori, non jura fori, mihi discat amator,  
 Non ego solliciti tangor amore viri.  
 Hunc volo, qui facilis, qui nil, nisi basia, doctus;  
 Hunc volo, cui nostro nil sit amore prius.

**P**ensez vous que je vueille un des sage de grece,  
 Ou bien quelque amoureux du tige de Caton  
 Pour bien aymer ne faut en avoir ce dicton,  
 Que quelqu'un bien gaillard tout remply d'allegresse.  
 Vn homme trop pensif qui estude aux lois,  
 Qui a le livre en main n'est pas propre a la couche  
 Ce qui rend la plus part leur femms tant farouche,  
 C'est que leur amitié ne vault pas une noix.  
 Je veux un amoureux qui son propre a baiser,  
 Et au plaisir requis de la mere Cyprine  
 Qui membrasse a deux bras qui baise ma poitrine,  
 Et qui mon feu bruslant puisse bien appaiser.

ANNA

## ANNA,

**P**Ectore (quis furor est?) tu nil nisi basia volues,  
 Munia cum sacri sunt obeunda thori?  
 Fœda faceſſe Venus! res eſt veneranda maritus:  
 Turpe voluptati nomen abhorret Hymen.  
 Non aliquis (mihi crede) nepos, Veneriſue ſatelles  
 Aptus erit caſtæ ſceptra tenere domus;  
 Memnonis effigiem, plerique ſequuntur amantes,  
 Sole micante boant; hoc abeunte, ſilent.  
 Dum tuus ille Paris primo furit actus amore,  
 Baſia mille feres, baſia mille dabis  
 At ſimulac ſtolidi deſeruit æſtus amantis,  
 Protinus emeriti militis vxor eris.

**Q**Velle ſureur ſe veoit dedans ton cœur empreinte  
 Ne vouloir que baiſer au ſainct liêt nuptial,  
 De faire la Venus, ou faire le cheval.  
 N'eſt l'effeêt d'un mary ou d'une femme ſainte.  
 Quelqu'un qui a ſervi tout le temps de ſa vie,  
 C'eſt fier a Venus remply de ſaleté,  
 Iceluy ne pourra jamais en verité.  
 Servir d'un vray mary a ſa femme aſſervie,  
 Car au commencement ce ne ſera qu'audace  
 Que baiſers, que ſoubris ce ne ſeront que ſeux,  
 Rien que laſcivetèz ce ne ſeront que jeux.  
 Mais la fin ſe verra remplie de fallace.

ANNA,



**D**Vm Cephalus nimio rutilæ facis ardet amore,  
 Luminaque in caro lumine fixa tenet,  
 Non piscatores humilis non rostra carinæ,  
 Non acui cultros in sua damna videt.  
 Dum Domineꝛ frontem, dum sideris instar ocellos  
 Respicit infano captus amore puer,  
 Aut humeros barbamque sui miratur amantis,  
 Aut levibus gaudet stulta puella iocis,  
 Omne latet vitium, nihil vltiora morantur;  
 Solaque si liceat basia ferre, fat est.  
 Cum Venus infanos tentigine iungit amantes,  
 Separat infaustum sæva Megæra torum.

**P**endant que nuitamment le poisson ne contemple,  
 Que l'estat radieux du flambeau allumé  
 Il est par le couteau du pecheur entamé,  
 Et est endommagé tu y doibs prendre exemple.  
 Ainsi lors qu'un garçon imbecille regarde,  
 Seulement la beauté, ou du front ou des yeux  
 Le sot amour s'en rend bien tost victorieux.  
 Et devoir nettement ce qu'il ayme le garde.  
 La fille en mesme humeur qui seulement admire,  
 La barbe ou la grandeur de son fol amoureux  
 Pense qu'ilz seront trop estimez & heureux,  
 Mais venant a l'effect n'a ce qu'elle desire.

ANNA.

ANNA.

**A**mbrosium latè rosa, tunc quoque spargit odorem  
 Cum fluit, aut multo languida sole jacet.  
 Stultus amor formæ est, labatis, veniente senectâ,  
 Non secus ac putri sub trabe sedit opus.  
 Adde quod & febres minuunt, & cura decorem;  
 Et totidem causis cessat amare puer.  
 Firmius ingenium est, ipsisque nitescit ab annis,  
 Et causas pro se mille favoris habet.  
 Non tibi canities veteris festigia flammæ  
 Auferet, aut rugæ finis amoris erunt,  
 Si jungare viro, cui mens, magis ore, refulget;  
 Illa vel extremos perstat ad vsque dies.

**L**a roze esvanovie est en plus grande odeur,  
 Ou bien quand le soleil luy darde sa lumiere  
 Ainsi le beau viellard de sa forme premiere,  
 Retient le teint vermeil & sa belle couleur.  
 Mais l'amour en est sot ainsy qu'un charpentier,  
 Qui en un bois pourri veut faire son ouvrage  
 Quand il a descouvert il en perd le courage.  
 Voyant le deshonneur proche de son mestier.  
 La veillesse pourtant n'oste du fol amour  
 Du temps qui est passé le vestige ou la marque  
 Au contraire elle esmeut & plus fort nous embarque.  
 Mais la force luy manque en fin de jour en jour.

ANNA

(f)

ANNA.

ANNA

ANNA.

**S**I qua tui tibi cura, feni ne nube, puella,  
 Ne jaceas viduo frigida nupta thoro.  
 Si qua tibi veniet, veniet tibi posthuma proles;  
 Cuique negat cari mors genitoris opem.  
 Aut, si fortè patri numerosior exstitit hères,  
 Garrula quod de te fama loquatur habet.  
 Labitur intereà teneri tibi flosculus ævi,  
 Dumque gemis, vitæ pars melioris abit.  
 Cur hedera annosam complexibus implicat vlmum!  
 Vê misera! perit hæc, cum magis illa viret.  
 Illa quidem ramos abit ambitiosa per omnes,  
 At ficcis arbor stat miseranda comis.

**S**I tu as quelque soing de te bien marier,  
 Garde bien d'un viellard prendre la peau ridée  
 Ou bien tu te verras en ton amour bridée.  
 Et par les amoureux promptement decrier.  
 Car si c'est pour l'esper d'avoir bien des escus,  
 Tu seras des petis & des plus grands la sable,  
 Ce pendant que tes ans se coulent comme sable.  
 Et que ton vieil mary est cassé & perclus.  
 Tout ainsi que le lierre qui enferre un viel orme,  
 Plus il verdoye autour & plus l'orme est seché  
 Ainsi a la fille est le viellard attaché.  
 Mais ce mariage est ridicule & enorme.

ANNA.

## ANNA,

**C**edite Pivigni; nunquam bene virgo noverca est:  
 Quid tibi cum viduo, bella puella, viro?  
 Donet Hymen socij communia pignora lecti,  
 Illa tibi pignus virginītatis erunt,  
 Ingentem tenerā quid figis in arbore ramum  
 Inviso quem jam pondere mala gravant?  
 Poma caduca fluent, calathis indigna coloni,  
 Inque pari damno ramus, & arbor erit.  
 Si sapis, arboribus ramum, sine prole, marita,  
 Poma sub autumnum sic magis apta feres.  
 Quin age, dum viridi turgent in cortice gemmae,  
 Nil, nisi communes, arbor adoptet opes.

**H**ommes veuf desja d'une femme premiere  
 Laissez la vierge en paix cela ne convient pas  
 Car la fille est pour vous un trop friand repas,  
 Aun veuf ne sied bien, beauté singuliere,  
 L'hymen veut que chacun recherche son semblable,  
 A fin de mieux jouvir de leur virginité  
 Car sur un jeune tige un viel rameau planté.  
 Chargé de fruitz fait cheoir tout l'arbre & si l'acable.  
 Il faut donc prudemment sçavoirer aparier,  
 Les amantz en saison de jeunesse amoureuse,  
 Leur automne en sera lovable & fructueuse.  
 Heureux celuy qui peut se fort bien marier.

(f) 2

PHYL-

PHYLLIS.

**I**am tua iussa placent : auri tamen actus amore  
 In thalamum genitor me jubet ire senis.  
 Ecquid agam ? nec enim mihi tota pecunia tanti est,  
 Ut vetuli conjunx principis esse velim.

ANNA.

**S**i pater indigno te subdere colla marito  
 Fortè velit, nullâ vox tibi lite sonet.  
 Virginis arma preces : rigidum prece flecte parentem,  
 Non aliâ durus vincitur arte pater.  
 Quod truculenta nequit, frons hoc præstabit amica,  
 Obsequium, non vis, pectora dura trahit.  
 Pineæ verberibus nux inconcussa resistit,  
 Illa tamen, placido victo calore, patet.

PHYLLIS.

**M**aintenant tes discours ma chere Anne me plaisent,  
 Mon pere toute fois me veut a un viellard  
 Donner mal a propos, de me plaindre il est tard,  
 Mais quand prince il seroit ses escriz me desplaisent.

ANNA.

Si ton pere Phyllis te veut assubjectir  
 A un viellard chenu il n'y faut consentir.  
 Ne parle aucunement jamais ne ty accorde,  
 Jette nulles sanglotz jette nulles souspirs  
 Regarde tristement faitz retentir tes cris,  
 Ton pere te fera, en fin misericorde.  
 Comme la pomme au feu souvre la cache du pin.  
 Ainsi par la douceur tout se fait a la fin.

ANNA.

ANNA:

**I**Am sumus in portu, soluenda que zona puellæ est;  
 Hic quoque, de multis, pauca monenda mihi.  
 Infitor agnatos excindit in arbore ramos,  
 Omnis adoptivum germen vt humor alat.  
 Funditùs illa vagos animo deturbet amores,  
 Germina legitimi si qua caloris amat.  
 Protinus vt iunxit tibi tæda pudica maritum  
 Vnicus ille tibi mente fovendus erit.  
 Non congerro verus tua postmodò recta frequenter,  
 Nec iuuet, innuptæ qui comes ante fuit.  
 Anxia nec matris, nec sit tibi cura sororis;  
 Alterius succor ne bibat alter amor

**F**Allor ? an occurrunt hîc plura notanda puellis  
 Quas socio primùm fœdere iunxit Hymen.  
 Quæ proprijs quondam vergebat in aëra ramis  
 Planta, peregrinâ non nisi fronde virescit:  
 Vertice truncato iam non sua, germina monstrat,  
 Quodque suum non est sustinet arbor onus.  
 Arbitrio, nova nupta, tuo desiste moveri;  
 Certa tibi vitæ norma maritus erit.  
 Ille dabit leges, quas non averfa sequeris;  
 Si sapias, his succos pectoris adde tui.  
 Obsequium sint regna tibi; parendo gubernas:  
 Sensibus alterius disce, puella, regi.

(f) 3

Plus

**P**Lus habet Insitio, memori quod mente recondas,  
 Inere preceptis hæc quoque, nupta, tuis.  
 Cedit honor ramis, succi tamen arbor origo est;  
 Et decus hoc, ex se quod dedit, alter habet.  
 Si fortasse tuâ rutilent a dote penates,  
 Arcula cum modico sit gravis ære viri.  
 Pone supercilium, bona nec tua laudibus effer;  
 Inque viri lateat nomine tota domus,  
 Turpiter, hæc mea sunt, mulier furibunda reclamat,  
 Ah! nunquam proprias fœmina jactet opes.  
 Lex dominos rerum pronuntiat esse maritos,  
 Idque viri juris, quâ patet orbis, habent.

**P**Lura locuturas strepitus, quem fortè ciebam,  
 Terruit; Anna, prior dum capit aure sonum,  
 Hic aliquis latet error, ait, satis ista, superque.  
 Dixerat, & rosæ desijt ore loqui.

FINIS.

